UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum tam quadragesimales: q[uam] de sanctis

**Barletta, Gabriel**

**Parisius, 1507, XXV. Jan.**

Sabbatum quintum in. xl. q[uod] virgo maria est speciosissima super omnes mulieres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69837

Visual Library

ſtium arbitrat: dña am ſe putat nõ ſo-
ciam. Unde dos ingredit inde liber-
tas. Unde ſeruanda eſt regula Theo
phraſti. Melius eſt ducere pauperẽ
pacificã ꝙ diuitẽ litigioſã Unde. Sa
pien. Prouer. xxi. Melius eſt ſedere
in angulo dom⁹ ꝙ cũ muliere litigio
ſa in domo cõiuiij. Ex hoc Licurg⁹
poſuit legẽ ſuis athenienſib⁹: vt puel
le indotate nuberent et vxores elige-
rentur nõ pecunie. Et hoc ſapienter
quia non vxor nubit viro: ſed auari-
tia eſt vxor Aliqui querũt pulchritu
dinem Diony. iiij. Pulchrum ꝛ bonũ
omnia deſiderãt. Et hoc eſt malum.
Ille it querendo brigam: querendo
pulchraz. Unde. Theophra. Difficile
cuſtodit: qd plures amãt. Quare o
Theophraſte Quia pulchra cito ad
amatur. Iſte ſunt que ſemp volunt ſta
re ad feneſtrã. Super oſtia aptando
capillos ꝛc. O inſane. Sunt alij qui
dicunt ꝛ querũt bonos mores. Et hoc
eſt ſanctũ: ꝛ meli⁹. Prouer. xij. Mu-
lier diligens corona viri ſui que mũ-
dum ornauere Quod patet quadru
plici teſtimonio.

¶ Primo mulierũ veteris teſtamẽti
¶ Scdo mulierũ noui teſtamenti
¶ Tertio mulierũ paganoꝝ.
¶ Quarto mulierũ ſanctaꝝ

¶ Primo ꝛc. Eua Sarra Rebecca Ra
chel. Suſanna Heſter Aſa: et alieruz
ſanctaꝝ Scdo ꝛc. Domina Clotilda
regina francoꝝ: que predicatione ſua
viruz Clodoueum conuertit ad fidez
xpi cum omni regno ſuo. Dña Galla
regina vngarie que virum ſtephanũ
cum omni regno ſuo conuertit. Dña
Theodolinda regina longobardorũ
que edificauit eccleſiam ſancti Joh.
mõzie conuertit totuz regnum ſuum
Monica Au. Madalena totã marſi-
liam Sancta Cecilia. Ualerium. ſ.
Theodora Siſinniũ. Dña blãca que
conuent⁹ plures reformauit. Uerifi-
catur ſentẽtia apoſtolica. i. Coꝝ. vij.
Sãctificatus eſt vir ꝛc. Tertio ꝛc.
Dña amata regina latinorum: mater
Latini regis italie que inuenit litte-
ras. xx. vſqꝫ ad. x. cum mundus fuerit
per. ij. M. annoꝝ ſine: ſed hec inuenit
vt dicit Iſido. i. Ethi. Dña Iſides que
fuit tpe abrahe inuenit litteras he-
breas et egyptias. Preterea dña Se
miramis que inuenit vſum brachaꝝ
cum mundus fuerit ſine eis vſqꝫ ad
Noe. Preterea Dña dido que belluz
tenuit contra romanos que cõſtruxit
carthaginem. Quarto ꝛc. Caput ha-
rum Maria virgo que chriſtũ genuit
ꝛc. Mulieres fuerunt firmiores in fi
de Und chriſtus primo apparuit eis
poſt reſurrectionem ꝙ apoſtolis

¶ Sabbatum. v. xl. Quod virgo
maria eſt ſpecioſiſſima ſuper om-
nes mulieres.

EGo ſum lux
mundi: qui ſequitur me
non ambulat in tenebris
ſed habebit lumen vite Jo. viij. ¶ Re
citat exemplum Uincentius hyſto.
Quod quidam miles fuit habens ca
ſtruz qui omnes tranſeuntes per viã
ſine miſericordia ſpoliabat hic virgi
nem quotidie ſalutabat Aue maria.
Quadam vice monachus tranſiens
fuit: quez predict⁹ miles ſpoliari pre
cepit vir ſanctus predones rogauit vt
ſe ad dominuz ſuum conducerent: qꝛ
ſecreta habebat ſecum conferenda:
quo conducto Uocetis inquit omnes
de familia veſtra. Cum veniſſet quiſ-
dam in medium qui erat camerari⁹
oculis reuerſis hinc inde circuibat.
Adiuro te inquit dicas michi quare
huc veneris. Rñdit ego ſum demon
et. xiij. annis cum milite mãſi: qꝛ prin
ceps noſter me huc miſit: vt die qua
hic ſalutationem ſineret occiderem.
Miles aũt hoc audiens expauit: ꝛ ad
monachi pedes puolutus vitam emẽ
dauit. Igitur mariam ſalutem⁹. Aue
gracia ꝛc. Ego ſum lux mundi: qui ſe
quitur me non ambulat in tenebris.
Quadã die dicit xps iudeis. Ego ſũ
lux mundi. Scdm Albertum ſup Lu-

cam tria luminaria cõtulit deus mũ=
do. De quib⁹ Gen.ij. Fecit deus duo
luminaria magna. Luminare maius
i.ſol. Et luminare minus.i.luna. Et
ſtellas. Spũaliter. Maius luminare
eſt xp̃s De quo eccl'a Sol iuſticie xp̃s
deus noſter Et dr̃ maius lumen quia
ſuper omnes lucet perfectione vite.
Math.vij. Nemo bon⁹ niſi ſolus de⁹
i.Regũ.ij. Non eſt ſanctus niſi dñs.
Scõm lumẽ dr̃ maria de quo Ber.ſu
per Cañ. Tolle corpus ſolare quod
illuminat mundũ ꝛ vbi dies. Tolle
mariam maris ſtellã: ꝛ quid niſi vm=
bra mortis a tenebre relinquuntur.
Ille. Tertium lumẽ ſunt ſancti qui
nos illuminauerunt bonis exemplis
quos inuocare debem⁹ in noſtris ad=
uerſitatibus. Job.v. Uoca ſi eſt q̃ tibi
reſpondeat ꝛ ad aliquẽ ſanctoꝝ conuer
tere: Ego ſum inquit lux mundi. Di=
xerũt pharisei. Tu de te ip̃o teſtimo=
nium p̃hbes. Teſti.tu.non eſt ve.qꝛ
Prouer.xvi. Laudet te alienus ꝛ .ĩj.
Coꝛ.x. Non em̃ qui ſeip̃m cõmendat
ille p̃batus eſt: ſed ꝛc. Reſpondit xp̃s
Et ſi teſtimonium perhibeo de me te
ſtimoniũ meũ verũ eſt quia ſcriptũ ẽ
in lege veſtra. Deuter.xix. Duoꝝ ho=
minum teſtimonium verũ eſt. Scõm
Glo. xp̃s habuit teſtimonium a quat=
tuoꝛ. Primo a patre Mat.xvij. Hic ẽ
filius meus dilectus ꝛc. Scd̃o a ſpi=
ritu ſancto in ſpecie columbe in iorda
ne. Tertio de ſeipſo in ꝓpria perſona
Quarto a Dd̃. Dixit dñs dño meo.ſ.
pr̃ dño meo.ſ.xp̃o Sede a dextris meis
Alibi Dñs dixit ad me fili⁹ me⁹ es tu
ego hodie genui te Sequit. Teſtimo
niũ meũ verũ ẽ. Hec locut⁹ ẽ ieſus in
gazophilatio.i. in loco vbi ponebant
pecunie ꝓ templi cõſtructione De ma
ria predicaturus.ſ. de eius ſpecioſita
te: aſſumpſi verba in p̃ſona marie.
Ego ſum lux mundi. Ubi tria videbi=
mus in preſenti.
¶ Primum dr̃ oppoſitionis.
¶ Scõm dr̃ declarationis.
¶ Tertium dr̃ reſponſionis.

¶ Primum dr̃ ꝛc. Utrum maria fuit
ſpecioſioꝛ omnibus creaturis. Argu=
unt quidam q̃ non. quod ꝓbant trib⁹
medijs. ¶ Primum eſt tale: vna res
tanto eſt pulchrioꝛ q̃to eſt miraculo=
ſioꝛ: qꝛ miraculum naturam p̃cedit.
Exemplum de vino in nuptijs quod
fuit mirabile: quia miraculoſe produ
ctum. Eua eſt miraculoſe producta:
Ergo maria naturaliter: igit̃ eua erat
pulchrioꝛ: igitur non maria
¶ Secundum eſt tale. Pulchritudo
mulieris eſt magna occaſio mali. Ec
cleſia.ix. Propter ſp̃em mulieris mul
ti perierunt. Et Hierony. Gladius
igneus eſt ſpecies mulieris: quia.ſ.ẽ
cauſa mali. Eccl'.ix. Auerte faciẽ tuã
a muliere cõpta.i. oꝛnata Exemplum
illius patris qui dixit. Melius eſt vi
dere demonẽ q̃ oꝛnatã mulierẽ. Uir=
go maria debuit omnibus eſſe cã ſal=
uandi et cauſa boni ꝛ non mali ac oc
caſio pereundi: igitur non debuit eſſe
pulchra: ſed nigra. ¶ Tertium ẽ
tale: virgo maria fuit humilis: igitur
debuit habere omnes cauſas humili
tatis. Sed pulchritudo eſt cauſa ſup
bie ꝛ inanis glorie iuxta illud. Faſtũ
in eſt pulchris. Exemplum regine
Uaſti. Heſter.ij. Que ſuperba erat ꝓ=
pter ſuam pulchritudinem. Unde phi
loſophus.ij. Pol. Melius eſt dicere
mulieri: modicã vel mediocrẽ eſſe q̃
magnã. Maria fuit humilis: igit̃ nõ
debuit eſſe pulchra ne eſſet cauſa ina
nis glie. Alia opinio dicit q̃ fuit pul
chrioꝛ omnibus creaturis. Ego ſum
lux mundi: dicit hodie. ꝛ Cañ.iiij.c.
Quã pulchra es amica mea.ſ. quo ad
corp⁹ Quã pulchra es q̃ ad aiaz. Ocl'i
tui colũbaꝝ igr̃ ptz ꝛc. Ad hanc diffi
cultatẽ. R̃ndeo ſm̃ Archiep̃m in.iiij
par.ſum. Et alber.ſup Miſſus ẽ.c.
xlv. Et voraginẽ i mariali. Et Alexã.
ſup lucã q̃ ſup oẽs fuit pulchrioꝛ Que
ↄcluſio p̃bat tripliciť. Prio rõe. Scd̃o
auctoritate. Tertio figura.
¶ Prima rõ eſt rõ de coꝛpoꝛe.
¶ Primo rõne cõpoſitionis.

¶ Scđo rōne expulſionis.
¶ Tertio rōne exclamationis.
¶ Primo rōne ⁊c̄. Corpus viuū tāto eſt pulchrius ⁊ nobiliꝰ ꝙto cōtinebit in ſe nobiliorē aiam. Ex hoc corpꝰ hu manū eſt pulchriꝰ oibus corporibus brutoꝝ ꝓpꝰ ronē ad aiaȝ rōnalē. Igit̄ corporis pulchritudo auget̄ ad nobi- litatē aie ad quā ordinat̄ vt ſuuȝ ꝑfe- ctibile. Sȝ aia virginis fuit nobiliſſi ma ſup oēs aias poſt aiam filij. Igit̄ ⁊ corpus eiꝰ fuit nobiliſſimū ⁊ pulcher rimuȝ ſup oia corpora poſt corpꝰ filij. Corpus eñ filij: qr erat vnitū deitati Iō fuit perfectiſſimū i pulchritudine Iō corpus imediate ordinatuȝ ad ipȝ erat ſecundo loco pulcherrimū. Sȝ il lud fuit corpus matris vñ aſſumebat̄ id qđ vniebat̄ diuinitati. Propter qđ ſequit̄ ꝙ fuit pulcherrimū corpus ma rie. ſup oia corpora. Ego ſū lux mūdi Qđ Ioh. declarauit. Apoc. xij. Signū magnuȝ apparuit in celo. Mulier a- micta ſole et luna ſub pedibus eius ⁊ in capite eius corona. xij. ſtellaꝝ. Mu lier hec eſt maria: ſole pulchrior luna i. eccl'ia ſub eiꝰ dñio. Corona. xij. ſtel laꝝ ſūt. xij. ꝑuilegia q̄ habuit. Ego ſū lux mūdi. Ad pollicēdū eā videbimꝰ. vi. affaytamēta qbꝰ mulier ſolet polli rivt ſic dicē poſſimꝰ. Ego ſū lux mūdi
¶ Primū dr ornamentū veſtis.
¶ Scđm dicit̄ ornamentū capitis.
¶ Tertiū dicit̄ ornamentuȝ pectoris
¶ Quartū dr ornamentuȝ cinguli.
¶ Quintū dicit̄ ornamentuȝ manus.
¶ Sextū dicit̄ ornamentuȝ peduȝ.
¶ Primum dr. ⁊c̄. Dum mulier affert in capite ſertum: aut velum ſubtile: cum crinibus compoſitis ⁊ huiuſmōi Iſtud ornamentum habuit virgo: ſcȝ caritatem dei et ꝓximi. Primo dei: qr vt dicit Alexander ſup Lucam. Nul- la creatura chriſto excepto impleuit ita illud preceptuȝ. Mathei xxij. Di liges dominuȝ deū tuuȝ. vt maria vir go. Unde de ſeipſa dicit. Cañ. vi. Nū ciate dilecto meo: quia amore lāgueo Idem. Introduxit me rex in cellā ſuā vinariam et ordinauit in me caritatē Idem. Uulnerata ſum charitate: et eccleſia. Uidiſtis eam plenam chari- tate et dilectione. Secundo proximi. Quia tempore paſſionis. ꝙuis ſui do lores eſſent intenſi: videndo filiū affli gi: tamen volebat filiuȝ mori pro hu- mane generationis ſalute. Et vt dicit archiepiſcopus. Si alius modus non fuiſſet: ipſamet filium ꝓpriuȝ occidiſ ſet: quia non minor erat charitas ſua ꝙ abrahe: qui filium ſuum erat para tus ⁊c̄. ¶ Secundum eſt ⁊c̄. Que co- operit totam perſonam de veluto de ſcarlato: maria virgo: hoc ornamen- tum habuit ſcilicet perſeuerantiam. De qua hieronimus ad Furiam Nō enim queruntur a chriſtianis initia: ſed fines: Paulus male incepit: ſed bene finiuit. Idem ad Iulianum here mitam. Cepiſſe multorum eſt: ad cal- cem perueniſſe paucorum. Fuit perſe uerans vt dicere poſſet illud Eccleſi aſtici. xxiiij. Uſqȝ ad futurum ſeculuȝ non ⁊c̄. Et Iob. xxvij. Donec deficiam non recedam ab innocentia mea.
¶ Tertium dicitur ⁊c̄. Ut pectorale precioſum in pectore. Maria habuit hoc ornamentum. Quod intelligitur fides que eſt neceſſaria. De qua ad hebreos. xi. Sine fide impoſſibile eſt ⁊c̄. Et Cicero. i. de officijs. Fundamē tum autem iuſticie eſt fides. Hanc au tem habuit. Maria pleniſſime. Quia paſſionis tempore: totus mūdus fidē perdidit: iſta excepta que ipſam ſuſtē tauit. O felix maria. O ſancta ⁊c̄.
¶ Quartum dicitur ⁊c. videlicet el chauocoro. el centurino. vt mulieres que tot appendunt: vt videantur me- raſchalchi. Maria hoc habuit. Quod intelligitur iuſticia. Que clamat vni cuiqȝ reddere quod ſuum eſt Maria omnes ſenſus mortificauit. Apoſto- lus ad Colloceſes. iij. capt. Mortifi cate membra veſtra que ſunt ſuper terram.. Uiſum: a laſciua conſiderati one. Auditum: a nociua auditione. Tactum. a remiſſa operatione. Olfa-

ctum: a vana odoris requiſitione. Su
ſtum: a verborū inconſideratione.
Ecce quomodo ⁊c̄. ¶ Quintū dici-
tur ⁊c̄. Annulos: cyrothecas habere
in manibus. Maria habuit hoc orna
mentum. ſcilicet ſpē de deo. De qua
ps. In te domine ſperaui ⁊c̄. Et idē
Mihi adherere deo bonum eſt pone
re in domino ⁊c̄. ¶ Sextū ornamen-
tum ⁊c̄. vt ſunt planule in pedibus.
De venetis que vt videantur magne
⁊c̄. Maria habuit hoc ornamentum
In pede ſiniſtro planulam habuit vi-
delicet vitā actiuam. Quia vt dicit
hieronymus ad Cromatiū et heli
odorū. hanc regulā virgo ſeruabat
vt a mane vſqꝫ ad tertiā orationi in
ſiſteret: A tertia vſqꝫ ad nonā in tex
trino opere ſe occuparet. Iterū a no
na ab oratione non recedebat: quouſ
qꝫ illi angelus appareret. De cuius
manu eſcam accipere ſolebat. In dex
tro contemplatiuam: vt vacare diui-
nis ⁊ orationibus. Unde Luce. x. Ma
ria optimam partem elegit ⁊c̄. Ego
ſum lux mundi. patet prima. ¶ Secū
do ratione ⁊c̄. Illa creatura in qua
nullum eſt peccatum: et in qua ſunt
omnes virtutes. tā cardinales q̄ꝫ the
ologice: illa eſt pulchrior omnibꝰ cre
aturis. Sed in maria erant huiuſmōi
igitur ⁊c̄. Prouer. vltimo. Multe filie
congregauerunt diuitias: tu autem
ſupergreſſa es vniuerſas. Supergreſ
ſa omnes. Primo in ea fuit charitas.
Secundo fides. Luce. i. Beata que
credidiſti. Tertio ſpes. In te domine
ſperaui. Quarto: iuſtitia. Eſaie. xi.
Erit iuſtitia cingulum lumborum e-
ius. Quinto fortitudo. ſupportando
patienter. Eccleſiaſtici. xxiij. capi.
Uſqꝫ ad futurum ⁊c̄. Sexto in ea pru
dentia. Luce. i. Cogitabat qualis eſ-
ſet ⁊c̄. Septimo fuit in ea temperan-
tia: quia parum locuta eſt. In primo
Politic. Silentiū: mulieri preſtat
maximum ornamentum ſm̄ Albertū
in quarto li. Compen. theo. capi. iij.
Quinqꝫ vicibus locuta eſt. Et meri-
to illius verbi, miraculū ſemper ſecu
tum eſt. Primo nazareth. Luce. pmo
Ecce ancilla domini. In ancilla ſunt
quattuor. Primo quod ſit prompta
Uirgo fuit: In verbo. Ecce. Secundo
ꝙ ſit obediens. Uirgo ſic. In verbo.
Fiat mihi. Tertio ꝙ ſit hūilis. Uirgo
ſic. In verbo: Ancilla domini. Secu-
tum eſt miraculum quia filius de ce
lo ⁊c̄. Secundo in tēplo. Luce. ij. ca.
Fili: quid feciſti nobis ſic. Secutum
eſt miraculū. Quia chriſtus ei obe-
diens fuit. Erat inquit ſubditus illis
Tertio in nuptijs. Uinū non habent
Miraculum ſecutum eſt. Quia de a-
qua ⁊c̄. Quarto quando ſalutauit eli
zabeth. Luce. ij. Magnificat anima
mea dominum. Secutum eſt miracu-
lum. Exultauit inquit ſpiritus me-
us. Ubi dicit franciſcus de mayronis
in quodam ſermone: ꝙ virgo q̄ꝫ pri-
mum illa mirifica verba. Ecce ancil
la domini: et ſuum conſenſum verbo
firmauit: tunc inuenta eſt exceſſiſſe
merita et perfectiones: et bona tā na
turalia q̄ꝫ accidentalia omniū crea-
turarum propter eminentiam quattu
or virtutum que exprimuntur in ver-
bo Ancilla. Prima fuit obedientia.
Secunda humilitas. Tertia fides:
per quā captiuauit omnem intelle-
ctum in obſequium dei. Quarta fuit
charitas dum protulit verbum tuum
Omne cor ſuū omne eſſe: omne poſſe
obtulit voluntarie deo omnipotenti.
Unde patet ſecunda ratio. Tertio ra
tione ⁊c̄. Quia omnis natio eam dicit
pulchrā et ſanctam. Nam dicitur. ff.
de offitio queſtoris. l. i. Illi opinioni
ſtandum eſt que plurimorum teſtimo
nio probatur. Et philoſophus libro
de ſomno et vigilia. Quod ab omni-
bus vel pluribus dicitur: fidē habet
ꝙ ita ſit. Et. vij. Ethi. Fama quā om-
nes famant vel exclamant: nō poteſt
eſſe in toto falſa. Et diſt. xcvi. c. Extra
Et de officio et poteſtate delegati. c.
Prudentia. Integrum eſt iudiciū: qḋ
plurimorꝫ ſententijs approbatur. Ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝓpoſitum. Omnis natio' mariam ve-
neratur et collaudat. Unde ip ſa dicit
Canta. Quia reſpexit humilitatē an
cille ſue. Ecce enim ex hoc. ⁊c̄. Unde
laudatur a. vi. generationibꝰ: Primo
a ſarracenis. et turchis que ipſaꝫ ado
rant in templis ſuis ac thurificant:
et nomen eius in tanta reuerentia ꝙ
blaſphemantes eam graui pena puni
untur. Fatentur enī chꝛiſtū de virgi
ne natum: celuꝫ viuum aſcendiſſe: ſꝫ
non moꝛtuuꝫ fuiſſe. Et deinuꝫ in fine
mundi. munduꝫ iudicaturum: vt pa-
tet in Alcorano. Et ipſe Machome-
tus in eodem di. Dixerunt angeli ad
mariā: deus elegit ⁊ purificauit te: ⁊
preelegit te: ſuꝑ omnes mulieres mū
dos. Ille. Scđo a paganis laudatur.
Uirg. in. iiij. egloga. Jam redit et vir-
go redeunt ſaturnia regna. Iā noua
ꝓgenies celo dimittit alto. Et ꝗuis
Hiero. dicat Uirgil. hoc non intendiſ-
ſe dicere de virgine ⁊ ego dico ꝙ hoc
poſſibile fuit. Et ratio: qꝛ ſi cayphas
ꝓphetauit de mundi ſalute per moꝛ-
tem vnius. ſ. chꝛiſti: tamen hoc non in
telligens. ita. Uirg. de chꝛiſto et ma-
tre eius bene dixerit. vt dicit Augu-
ſtinus. Preterea ex grecis fuerūt ſy
bille: vt Lactan. ponit earuꝫ verba in
greco. poſtea in latino. laudant he ma
riam. Tertio ab hereticis. Et ſi in
multis errant vt ab eccleſia diuiſi:
tamen mariam venerantur. Illis
exceptis qui dicunt habuiſſe alios fi
lios ex Joſeph. in reſiduis eam com-
mendant. Quarto ab eccleſia que om
ni ſabbato officium celebrat: et ſtatu
it ſingulis diebus pulſari campanas
de ſero: de mane: de meridie. Ex hoc
honoratur in ſalutatione angelica.
O ſecularis dic Aue maria. Quinto
ab omnibus ſanctis. Quid clamant
omnes ſcripture? Quid doctoꝛes.
Quid apoſtoli. Quid euangeliſte.
Quid omnes ſancti? Uere bonitas
et virtus marie. Ego ſum lux mundi.
Sexto a malis laudatur. Numeri.
xxiiij. Balaam qui fuit idolatra: in
ſpiritu ꝓphetie de maria dicit Orie
tur ſtella ex iacob. Que eſt hec ſtella
vere maria. Qꝛ ſicut ſtella illuminat
noctem: ita maria illuminat mūduꝫ ꝑ
ſentem tenebroſuꝫ peccatis. Et hoc
quideꝫ triplici lumine. Primo lumie
miraculoꝝ. O ſancta maria de loreto
⁊ de catauagio: quot miracula? Secū
do exemploꝝ: quia fuit exemplū om-
nium virtutuꝫ. Tercio lumine ſubſi-
dioꝛuꝫ: qꝛ adiuuat omnes nos. Unde
Petrar. in laudeꝫ matris. Qui cupit
ſaluari in mariā conuertat oculos et
illi corde humili genuflectat. Nō de-
relinquit ad eius auxilium recurren
tes bono zelo: immo coronā impetrat
a filio benigno: celoꝛum rege. Ego ſū
lux mundi. Et ſic patet ſcđm myſteri
um. ¶ Terciuꝫ dicitur. ⁊c̄. Ad pᵐᵘ ꝯ
rn̄deo ꝙ ſcꝫ miraculū naturā ꝓcedit:
ſed eua. ⁊c̄. Dico ꝙ in naturalibꝰ hoc
eſt veꝝ: ſed in ſpūalibus non habꝫ lo
cum: qꝛ maria ratione maternitatis
fuit pulchꝛioꝛ: cū aīaꝫ habuerit nobi
lioꝛē. Et ſic patet pᵐū. Ad ſcđm ne. ſ.
eſſet ſcandaluꝫ alioꝝ. Reſpondet Al-
ber. ꝙ pulchꝛitudo in ſuo genere eſt
bona ſed nichil eſt adeo bonuꝫ ꝗn ex
eo poſſit malus ſcandalizari. Uñ iu-
dei ſcandalizabant in ipo xpo: de ip-
ſius doctrina. Scis inquiunt apoſtoli:
quia pharisei audito hoc verbo: ſcan
dalizati ſunt. Non debuit maria ꝑ t-
mittere pulchꝛitudinem ſuaꝫ ꝓpter
ſcandalū paſſiuuꝫ qđ ſequi poterat.
Unde patet reſpōſio ad ſcđm. Et hoc
modo talis fit reſponſio ad tercium.
Sed queris modo. Utrum fuit nigra
aut alba? Reſpondet Alber. ſuꝑ Miſ
ſus eſt. c. xlv. Quod non nigra ſimpli
citer: neqꝫ rubea: neqꝫ alba: quia iſti
coloꝛes dant quandā imperfectionē
in perſona. Unde dici ſolet. Deus me
protegat a lombardo ruffo. Alema-
no nigro hyſpano albo. flamingo cu-
iuſuis pilli. Fuit maria mixta coloꝛi
bus: participans de omnibus. quia
illa facies eſt pulchꝛa que de omībꝰ
coloꝛibus participat. Unde dicūt au-

ctores medicine: q ille color q̄ eſt cō=
poſitus ex rubeo ꝛ albo eſt optim⁹ cū
cōmixtione tercij coloris ſcilꝫ nigri.
Et hunc inq̄t. Albertus ↄcedimus in
mariam fuiſſe. Fuit nigra aliquantu
lum. Et hoc triplici rōne. Primo rati
one cōplexionis: q2 iudei tendunt in
brunedinem quandam ꝛ ipſa fuit iu=
dea. Scḋo teſtificationis. Q2 lucas q̄
tres fecit imagines. Una rome. Alia
loreto. alia bononie ſunt brune. Ter=
cio aſſimilationis Filius matri cōmu
niter aſſimilatur: et econuerſo. Sed
chriſti facies fuit bruna: igit. ꝛc. De
qua nigredine. Uulgaris. O ſole pul=
chrior. O plena luna. O mater dei: et
mortuo mari ſtella. O formoſa q̄q̄ tu
ſis fuſca. Et Can. Nigra ſum: ſed for
moſa. Et Dionyſius: duꝫ mariā vidit
di. Si de tuo filio nō eſſet aliq̄d reue
latum: facile crederem non eſſe aliū
deum p̄ter te. Ego ſum lux mundi. Ju
dith. c. Non eſt talis mulier in aſpe=
ctu ꝛ pulchritudine ꝛ ſenſu ꝟborum.
Exemplum in vita baſilij legitur: q
Julianus apoſtata cum iret pugnare
contra pſas: veniens Ceſareā Capa
docie petijt pro exercitu ſuo panem
a beato Baſilio qui epiſcopatū tene=
bat in ciuitate illa. Qui cuꝫ afferret
ei panem ordeaceum qualem habe=
bat iurauit q cum rediret faceret eū
et ſuos comedi: et ciuitatem deſtrue=
ret. Cumq; ſuadente baſilio populus
fuiſſet ad quandam eccl'iam virginis
in vicino monte ſitam: ibiq; fuiſſet po
pulus tribus diebus ꝛ noctibus in o
ratione. Jn hora tercia noctis: vidit
baſilius mulierem ſpecioſam de celo
deſcēdētē in regio apparatu: puellis
circundata ſedens in throno. Mercu
rio occiſo ꝑ fide precepit militi vt ſe
vindicaret de Juliano. Qui acceptis
armis: ꝛ omībus que ibi erant in ab=
batia Baſilij: in qua erat corp⁹ Juli
anum eſt aggreſſus in p̄lio et ipſū oc=
cidit. Qui in papilone moriens cla=
mabat. Uiciſti ne galilee ſanguinem
non p̄yciens in aerea.

¶ Dn̄ica de paſſione. de blaſphemia

Vos autem in honoraſtis me Jo. viij.
Cum mirabili intel
ligentia: eleganti ꝛ peregrino conce
ptu ↄcluſerūt doctores ſancti. N. do=
nuꝫ lingue fuiſſe cōmunicatū homini
p̄ncipalr: vt cū ea debeat laudare cū
viuis p̄conijs ꝛ indefeſſis cōmendati
onibus diuinam bonitatem ſui facto
ris. Un̄ Lactan. lib. de ira dei ad Do
na. Qn̄dam aūt cur deus fecerit ipm
hominez. Sicut em̄ mundū machina
tus eſt ꝑpter hominē: ita ipm ꝑpter
ſe: tanq̄ diuini templi antiſtitem ſpe
ctatorem: rerumq; celeſtium. Jdeo ſo
lus ſermonē accepit et linguam cogi
tationis interpretē: vt enarrare poſ=
ſit maieſtatem dn̄i ſui. Nota in verbo
Solus ſermonē. Jn p̄mo Politicorū.
Nullum animal habet ſermonem ni=
ſi homo: et hoc totum vt deum ſuum
laudet. Sed hoc non facit ſceleſtus ꝛ
ingratus blaſphemator: qui inferio=
rez ſe facit omnibus creaturis q̄ ſecū
dum modum ſuuꝫ laudant creatorez.
Auguſtinus in ſermone: ad heremi=
tas. Ad nutuꝫ domini ſol non deuiat
a via ſua: non luna: non ſtelle. Campi
decorantur floribus: criſpatur ſilua.
Jn nemore cytharizat auicula: inſen
ſibilia obediunt deo: ſolus homo vo=
luntati dei reſiſtit. Ille. Quia ip̄e cuꝫ
blaſphemat ei maledicit. Qḋ hodie
iudei fecerunt. Applica euangeliuꝫ
hodiernum. De blaſphemia erit ſmo
vbi tria ſunt videnda.
¶ Primū dr̄ diffinitionis.
¶ Scḋm dr̄ abominationis.
¶ Terciuꝫ dr̄ punitionis.
Primum dicitur. ꝛc. Doctores eccle=
ſie diffiniunt omnes blaſphemiaꝫ di=
cen. Blaſphemia eſt attribuere deo
qḋ deo non conuenit vel negare deo
qḋ deo conuenit: vel attribuere crea=
ture qḋ conuenit creatori. Ille. Quā
materiam tangit Tho. c. ij. q. ij. ar. i.